

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Clari viri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

*Vere bonu* Et ad Theodeſten III. quadratum ſimpliciter virum per translationem dictum autumat, & perfectum. A  
*Quadrat* significare. Sane quidem cum tres in corporibus ſtaturæ conſiderentur, rotunda, quadrata, teres, hu-  
*gulus, fine* manum corpus quod à pictoribus & ſtatuaris commendetur, ſex & ſexaginta digitos excedere non  
*titio.*  
*Ubi usurpar* debet: quippe quod quatuor cubitorum altitudinem æquat, & quatuor & viginti digitos cubito  
*boc nomen* adſcribi, ſuo commentario probatum eſt. A quatuor igitur cubitis quadratum corpus denomi-  
*tangram* tum, quod laudatissimæ ſtaturæ fit. Infra horum digitorum numerū, quos forte ab uniuscuſo; cor-  
*metaphori*-  
*cum.* poris proportione accipimus, quo quis magis contrahi, ac propemodum conſiderare videtur, eo ma-  
gis ad rotundam ſpeciem accedit, & corpus illud rotundum appellari potest, quod digiti aliquot est  
quadrato brevius, vel cuius altitudo extreμus brachiorum quam maxime porrectorum digitos non  
exæquat. Teres vero, cuius proceritas ſupra ſex & nonaginta digitos ascendi, altiorve ſi eo men-  
ſure modo, uti dicitum, exporrecta brachia deſignant. Staturam hanc alli oblongam, ali graci-  
cilem appellavere, & rotundiorem illam obefam dixere. Cornelius Celsus corpus illud habilissimum  
dicit, quod quadratum eft, neq; gracile felicet, neq; obefum. Nam longa ſtatura, ut injuenta decora  
eſt, ſic matuore conſiſtit ſenectute: ſolere enim homines hujusmodi ſupra modum mox incurvati, tam philosophorum rationes, quam historiarum exempla oſtentunt, ſi que quotidie oculis offe-  
runt minus animadvertimus. Et Antoninum Pium hujusmodi fuſile tradit Julius Capitoſius, uolumen  
que eum ad emendandum vitium tabellis ex tilia, quibus peccus ad ſuſtinentium pondus altitudi-  
natiſſi obligaret.

## CLARI VIRI. CAP. XXXV.

*Procerio-*  
*res ſtatu* **Q**uod tamen de certa hominis altitudine dictum eſt, non negarim proceriores ſtatus iis enigmo-  
*quibus tri-*  
*gebantur.* litas, qui vel vicitoria aliqua, vel præclaris aliis facinoribus ſupra reliquorum mortalium glori-  
*& quare.* am eveniunt, ut Diagoræ Rhodio Olympionicae ſtata decretæ eſt quinque ſupra quaterna cubi-  
ta digitis. At Damago eti filio paterna minor uno, ceteris major digitis quatuor. Sunt qui habitam  
in his rationem putent, ut recta proportio oculis repreſentaretur: quoniam ejusmodi ſtatus in co-  
lumnas ſublatæ, dum ſuſcipiuntur, naturæ longitudinem excedant, in monſtroſam quandam obſe-  
tatis ſpeciem declinare videantur, ſpatio fallente oculum. Sed ut hoc non negarim, ita etiam plures  
ſtatarum ordines fuſile, non ignorandum dixerim: pariles quippe, magnas, maiores, atq; maximas, <sup>X</sup>  
alias, benemeritis & ſapientibus viris, alias Regibus, Imperatoribusq;; alias heroibus, diis alias feri-  
ſolitas. Sed in iisdem ipſis ſtatuis non ea mensuræ conſideratio, qua de nos agimus, perpenditur, cum  
in illis ſua cuique proportio adjudicata eſſet, qua opus perfectissimum redderetur. In ratione vero  
noſtra cum obelum, quadratum, aut procerum corpus dicimus, rationem eam inſpicimus, qua ad di-  
gitorum & numerum & proportionem quadret, ut hæc ab illa diſtinguantur. Hinc illud apud Tran-  
quillum intelligi potest de Flavii Vepſianiani habitudine quadrata, & quod apud Palladium eſt, ſint  
boves novelli, quadrati & grandibus membris.

## MULIERIS STATURA. CAP. XXXVI.

*Idem de eo-*  
*demb. c. 10.* **Q**uoniam vero decet muliebrem habitudinem graciliorem eſſe, atq; ea de cauſa matronales vi-  
*Statua fuit* ginalesque columnæ, quarum ratio ad humani corporis ſimilitudinem primum excoſitata fuſe,  
*quadrata* proceriores quam Doricæ, qua viriles nuncupantur. Hinc fit, ut qua virum decet quadrata ſacies  
*comparat* & habitudo, deceat mulierem, & qui virum probum Quadratum dicimus, mulierem Quadratum,  
*firmaque* & quadrantarium. Alia tamen ratione proſtitutam intelligimus, de quo apud Plutarchum in M. Tull. D  
*membri.* illi vita, & apud Tullium oratione pro M. Cælio, quod non à corporis diſumptione defumptum ſed  
*De Clodia* ab exigua ea ſtipe, qua parabilis habetur. Sedenim Siculi ad hæc uisque tempora meretrices vulgo  
*legatus Me-* Quadratas dicunt, easdem Itali reliqui, vel ab obſequio, vel ironice, Bonas foeminas appellatæ con-  
*telli uxori.* ſueverunt.

## ROMA VETUS. CAP. XXXVII.

**E**T Roma olim quadrata, eaque ſpecie primum edificata, diuque permansit, ut quadrata Roma  
*dicitur*, præcipue locus in palatio ante templum Apollonis, ubi reponita erant, qua boni omi-  
*nis*